Mancipiū Plura Cicero de peroratione in secundo libro de inuentione, quā Victorinus epilogum uocat. Tandem. Expletua particula hoc in loco, Cicero. Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra, alias protin & nonnunq; pro salute. Inania. uacua carentia. Mancipia. Conuictū hoc a conditione tractum. Mācipia uero q; manu capianī, & puella seu uirgo mancipium in Eunicho Terentiana dici reperitur. Blasphemi, maledici execrabilis, græca est uox. Illi em̄ βλασφημέω id est maledico pronunciāt, Vel, etiam. sic Blasphemando. Hoc iocale, preciosum monile aut torquem aut huīusmodi ornamētū condalit uel annulum & cætera id genus iocalia dicuntur, quorū Plautus in menechmis recordatur. Exterebri. terebra instrumentū ad terendū mordendūq; ali quid, instrumentū hoc genere fœminino. a latiniōribus enūciatum. Viētruius Pollio de architectonica uolumine x. Plinius lib. vii. ab artifice Dēdalo inuentam fuisse memoriae prodidit, Columella li iii. ca. ix. uerbum terebrare duxit a terebra ubi ait. Quibusdā antiquorum terebra rū uitem placet. Vir. li. ii. ænei. Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras, Persius sa. v. digitis terebrare salinū, Scobem id uocam⁹ qđ per te rebram & ferram in perforandis lignis teritur atq; educitur. Potesse, posse ἔρχεται συμμος, Plau. in menechmis. Clanculum te istec flagicia facete censebas potesse. Et possētur pro posset, poteratur pro poterat, potestur pro pōt̄ antīqtas, ptulit. Aliter fuit agendū. Sententia hæc n̄ p̄cōg dicta uerillima est, cui Plautinus orator subscribit, ubi inquit Iusta ab iniustis petere insipientiū esse, & malos fugere quēcūq; bonū oportere. Solon admonēs ait κακούσι μόνι id est malos odi. Et Caro sapientiss. ἐγένετος ὅμιλοι, bonus conueriare. Item Pythagoras ποιεῖ φίλον ἐστι τοπίος fac amicum quicunq; optimus. Sciendum tñ grauissimas in comedisi sententias dari seruis personisq; ridiculis, eo consilio uti delectent. Quale est apud Plautum, ubi miles suam admirat fortunā, aitem. Nimiram miseri am nimis pulchrū esse hominem. Et Sosia Terentianus. Ne quid nimis, qđ sic græce sonat μήτερ ἐγένετο necq; nimium. Sed q; personæ uiles sunt, nec de honestatē sententia. Nam prouerbii uice antiquissimis celebratus est uerſiculus iste. Sēpe etiam est olitor ualde opportuna locutus. Tu qđ sententia sit apud Virginium Cornificiū uel! Ciceronē comp̄feries quanto rhetoriconum. Apud malignum. consuetudine maliuolū & infamem uirum, inhonestū & defamatiū, improbum et impurū. Qui nullā habet rationem. respectum. Honoris aut probri, opprobrii, flagicii, dedecoris. Pro maledictis & conuicio probrum sumitur nonnunq; Cicero ad atticum. Epistolas multi legeris plenas omnium in me proborum. Vlpianus iurisconsultus probrum & opprobrium idem esse cēset. Frugi homo ueretur opprobrari & obloqui. Famamq; denigrari obitam iniuriis.

Probrum



ACTVS PRIMVS XXXVIII

Contra infimatis quilibet sycophantulus
Laudes & approbria inuicem iuxta aestimat.

Maledicta hæc benedictiones arbitror

Quod si uelitis bellum hoc & lepidum HE. quid est:
Ai. SA. quid est: modo dice pax LIX. agedū quid est:
ARIS. finite eloqui quod deglutator cœperat.

Frugality

Frugi homo. a græcis χρήσιμος nomen est indeclinabile. Apud Romanos Lucius Piso primus frugi cognomentū habuit, Cicerone in tuis quæsti. & Asconio Pediano auctoribus, Vnde Luciferi Pisonem asperna ridiclit moribus nomē familiæ suæ inditum, Donatus utile interpretat, hinc seruus frugi hoc est utilis & prope necessarius. A fruge frugis cura nihil oportet nisi Priscianus derivat in ca. denominatio uirilis li. iiiii. Ennius annalium ix. Pro frugis fruī frux homo scriptum reliquit qd adiectivū ac cipimus. Ut etiam si illi em. teste eodem li. v. & frux & fruges nūm protulerunt. Inde dūs frugis figurate cum oībus aliis casibus & generibus postadiungit, quemadmodū cordi & ḡtis nihil & cetera, ut frugi homo frugi hoīs, nihil homo, nihil hominis, cordi homo, cordi hoīs &c. eodē Prisciano auctore li. vi. & li. xviii. Opprobrari maledicere, conuicū facere, & obloqui contra loquente m loqui. Seruius in vi. cōmentario & pro detrahere accipere solemus, Nam qui cōtra aliquem loquitur ei detrahit. Obitam, subiectam obrutam subductam. Contra eduer so, econtrario, econtra, quod latinum esse negant Cicerone refragante in Bruto. Econtra tenues acutiora docentes, & Apuleio li. metamor. ii. & Seruio in duodecimo cōmentario, Vlpiano de transactionibus, Mar cello & Africano iurisconsultis. Quilibet sycophantulus infimatis, infimo loco natus, sicut summatis prepotens & summæ conditionis ac potentia. Apuleius, beniuolis præcepis summatis deæ recreatus. Estimatum iuxta. prope, Salustius, Horum ego uitam mortemq; iuxta æstimo. Aduerbiūm esse Priscia, doceat li. xiiii. Maledicta hęc bene. arbi. Malorum hominum iste est arbitratus. Sapiens Cleobulus aliter nos monet κακολογίας ἀπόχειρα dicens hoc est maledictionē abstine. Et Pittacus. Ne inimico quidem maledicere permisit. Maledicta dicta fungit Plautus in asinaria & curculione. Quibus aures in linguam confluent Zenon probat philosophus, Et Plautus. Malis sunt homines qui dicunt bonis male. Indignis si male dicatur maledictum id esse Plautin? Curculio diffinituit. Verum si dignis dicatur benedictum est meo quidem animo Qz. si uelitis bellum hoc & lepidum. eclipticos, figura hęc familiaris. est comicis, bellum hoc, id est scitum, decens, pulchrum, a quo bellulum dicimus & belle aduerbiū. Et lepidum. politum, id em lepidum si. Bellum.

D 66



IVXXX ACTVS PRIMVS

XXXVIII

- Lepidum gnificat, a λεπίσι, laminatione, Donatus in andria eos in quo leporis est plurimum lepidos dicit, Nam lepos uenustas est, Bellum hoc & lepidum.
 Lepos Arte utitur semiplena dicendo ut interrogare cogat audios, & deest uiderem per apostolopesis, i. reticentia. Concurrunt autem persige eclipsis & apostolopesis. In utraque enim aliquid deest. Ai. Aio est uerbi proposito perfecto deficit, coniugationis est quartae, quod imperatiuus probat in finiens, Ne*ti*us, ai aut nega, & A*et*ius aibant pro aiebant. Quod in hac coniugatione fieri solet, Priscia, li. x. Dice pro dico per ἀρχαὶ οὐ ποτέ & ita positum apud veteres reperitur eosque eruditos, quemadmodum face & duce, auctor est Diomedes. Agedum, hortantis est, adiuuans ex animo loquente. Ter. Agedum hoc mihi expeditum. Age singulariter numerum desiderat agite pluralem. Agedum utrumque. Sinite eloqui, effari quod degluttitor, lurcho, heluator, a uerbo glutare quod & glutire dicimus, Festus, BVT. Qz si uelitis pulchrum hoc & lepidum simul, locale, quod dudum sinu insinuaueram
 Oculis uidere ac digitulis contingere
 Non uerbera, at uerba opus erunt mellaria
 Rogationes, supplicatio frequens
 Exosculatioz item hymnus & preces
 SA, hoho deus larualis iste ganeo
 Gurgustio utetur pro aede me hercule
 Vult supplicari sibi quasi cuidam deo.
 Digitulis contingere, diminutiuū decentissimū poeta formauit. At uerba opus erit. Diomedes apud veteres regiri purat ferme cū omīca su opus est, ueluti. Est opus mihi haec res, huius rei, huic rei, hāc rei, hac rei. Sed obseruandū maxime, ne nos (uti græcos dicere cōstat) itidē loquamur. Illi enim χρῆση ἔχω usum uel opus habeo, & χρῆση ἔχω opus habebā. Nos uero opus est mihi, & opus erat mihi. Verū est opus illā re, nō opus est illa re, inquit Donatus in an. Ego ad emendandū textū in andria hec dixisse Donatū affirmauerim, Nā in Phor. casu auferēdi construit, ubi ait quid uerbis opus est. Verba mellaria mellita, melite cōdita, dulcicula, A melle trahunt mellitula mellilla & mellaria Plauto & Apule. testibus. Verūtū mellaria proprie dicitur loca ubi apū sitū sunt aluei, M. Varro in agricolatione li. iii. & Au. Gel. li. ii. quæ loca mellitonas & metitrophia nec nō apiaria uocare cōsueuerunt. Rogationes, petitiones Nā rogare p̄ter cæteras significantias etiā poscere significat, Plau. in astaria. Spectandus ne cui nā ullū det neq; roget. Cæterū rogationes q; a romanis magistratis siebant ad populi quales fuerint non latet nos,

Opus est

Mellaria

Rogo

ACTVS PRIMVS

XXXIX

Supplicatio quoq; frequens. Supplicationes supplicia quoq; dicunt, Sa
Iustius in Catilina. Non uotis necq; suppliciis mulieribus auxilia deoꝝ Frequens
parant. Frequens dicitur qd non modo adest sed adhæret etiā. Dona. in Hymnus
andria. Vnde militem apud signa frequentē appellant historici. Itē, simi
liter itidem ὑμοὶ laus ab ὑμέω quod laudo deos proprie significat.

Ho ho, miraſ Salax hunc de supplicationibꝫ & hymnis dixisse tāq;
ſe deum adorari uelit, larualem igitur deū vocat, q.d. deꝝ ſi eris, larualis Larua
deus nobis habere. Laruas a Martiano manias accipimus dici. Au
gustinus & Apuleius in dēmonio Socratis ſcribit animas hominū de
prauatas & malis uitae meritis maculosas, que a corpore ſe iugat̄ terri
culamentū ſunt mortalibꝫ, occuſaculaꝫ nocturna laruarū contineri
nomine. Hinc laruale, deformatum, pallens luridū, euſceratum, emacia Larualis
tū ac pro: ſus horrendū ſicuti larua eſt. Hinc etiā laruati, i. furiosi & men
te moti, quaſi laruſi exciti, Apud Horatiū Larua pro persona accipitur
& nescio an aliubi reperies. Ganeo, ueteres ganeum meretricū tabernā Ganeum
dixerunt ἀπὸ τῆς γῆς, i. a terra, q; ipſa ſit in terra, Hinc ganeo deduci Ganeo
tur quiſequit meretrices. Facecia de gloſo quem & ganeonē dicimus mūrū
a Marulo mimographo extat. Tu Hectorē imitaris, ab illo nunq; diſce
dis. Gurgustio, tuguriolo, caſula, domuncula ex uiminiſbus cōcinnis Gurgustiū
ta ad præhendendos píſces idonea. Plautus in milite píſciū uocat ex
cipulam, ab eo latinissim⁹ Apuleius (quem quidā minus latinum, q; no
uator ſit uerborum existimant, ſed non legunt in tertio de oratore Cice
ronē. Nouationem ſi decens fuerit ad illuminandā illuſtrāndā amq; ora
tionē pertinere) gurgustioli ὑποκριſiſuῶ formauit. Iob in ſacris literis
ca. xl. commenminit, Supplicari. diis proprie ſupplicamus, quod in Supplico
aduersis malis uel cum lachrymis fieri ſolet, Plautus in rudente, Si quis
pius eſt diis ſupplicants.

BVT. quid tum Salax: ubi histrionum ſim deus

Nonne histrionica arte plus præpolleo

Præ cæteris quos nunc ſciam iocularibus:

Sed ſupplicate uos breui, eſt paucis opus

Nam id quod fero dignum eſt pio ſupplicio.

Plus præpolleo, præualeo, plus poſſum, a quo uerbo ueteres poſſen Prēp olleō.
tiam dixerunt. Plau. in ruden. Ne ineptorū potior ſit potentia. Quos loculares
nūc ſcīa iocu. Modeſte agit futuris nihil pſcribēs nihil detrahēs. Verū
emuoer illa modeſtia ridicula eſt in ludione, quēadmodū ſententiae in
ſeruſ comicis, locularibꝫ, histrionibꝫ ioco & ludo deditis. Sed ſuppli ſuppliciū
cate uos breui, uerbis breuibꝫ & paucis. Breui particula Ciceronianā
in hoc ſignificatu. Nā id qd uero dig. e.p. ſ. pia & religioſa ſupplicatione
Velut religiſ ſacriſ honore ſuo exhiberi uult iocali, Artentos itaq; face
re non definiſ.

XIXXX ACTVS PRIMVS XL

ARIST. Tibi ne an iocalibus litabimus?

BVT. Vtricq; nam quod gesto dicitur sacrum,
HEL. Ostende, monstra, societas una expetit.

BVT. At fiat, Ecce, accipite quælo uasculum

SAL. Vis dicere hanclaruam? BVT. dii te laruent

Quid laruam? eris laruator manendeis

Si pergis hoc loqui modo, mutito heus.

Tibi. q.d. quando deus histriōnū & dici & haberi uis. Litabimus? te an locale propiciabimus? Litare propiciare deum significat, & sacrificio facto numen placare. Auctor est Macro. Hinc illud Plautinum ex Penulo, Tum me Jupiter faciet ut semper sacrificem nec unq; item.

Nam quod gesto. Causam adiicit, dicitur sacrum, Sacrum quid sit Imperator docet Institutionum uolumine secundo de rerum diuisione. Quem librum qui citant instituta, præstationem non uidentur im peratoriam legisse. Et digesti ueteris epistolā, quæ limen operis intranti sit obuiā. Sic imperator, uiris illustribus cōuocatis mandauimus spe cialiter ut ipsis nostra auctoritate, nostrisq; suasionib⁹, institutiones com ponant. Non dicir instituta, sed institutiones. Instituta igitur appellantes de iure ciuili non ciuilliter loquuntur. His sunt (sed uerbis utar Colu mella) sine quibus satis foeciles fuerū futuræq; sunt urbes, Labeq; Antistium legitimus in iure ciuili doctissimum scientia præsertim grā matica ad enodandos plerosq; iuris laqueos per usum, quam nostrile gulci refutant & abiisciunt. Inde est q; infantissimis non nunquam glo fulis portentosus uidemus interpretamenta, pessime de tam eleganti la tinitate meritorū, qualia sunt, olfecit idest nasmus ad culū posuit. Et sc̄e num est herba sicca. Item de legislat. iii. ubi legit. Hypothausta locum exponit ubi cubant ægroti. Item Cæsar innatum dicit cuidam inesse studium, ait glosator, ante nativitatem & post nativitatem fuisse studi osū. Item delegatis. iii. Lanceas duas leues, quas de sigillaribus emi. Dii boni quam friuola, quam utilis, & quam ridicula interpretatio, ubi si gillaria pro genere uasorum exponuntur, mox tanquam aliquid lucu lentiū excogitasset, ait esse genus uēditorum. Est ne hoc interpretari leges an inquinare? talia interpretamenta candidatos legum insciunt haud dubie, non instituit. Habet tamen hic egregius enarrator sectatores nō paucos adeo addictos, ut nefas esse existimant piaculumq; committi, si uel unguem latum ab ipsius interpretatione discesserint, tanq; unus atq; unicus sub omni celo situris ciuiliis illustrator, qui non tantum cutem sed sanguinem & medullam legum possit eruere. Inde nomen Accursii merito sibi uendicei, sed tardigradus recurrere & sepe stupens alucinari uidetur, præsertim sub titulo depositi ubi di

Lito

Sacrum

Verba Phi
lippi Bero
aldi



ctionem Costrophinatū explicaturus, alt, uel dic nescio, Ingenui nimirum confessus, nec usq̄ melius, cui pro grāmata & historia auctor est Vgutio. Vnde caninum (uti ueteres soliti sunt dicere) studiū efficiunt, qd a maioribus neglegitum, a nobis etiam concessionē &c. Dicitant autē leges scire non esse uerba earū scire, sed uim & potestatem retinere. In utroq; tñ aliquid cecutiunt & halucinant, Ut cūq; M. Cicero hanc rē discutiat in orōne pro L. Murena ad iudices, nos hæc missa nunc facimus. Ostende, monstra. Vnde ostentum & monstrū. Sed ostendūtur Ostendo proprie quæ sita. Societas, uno uerbo beniuolentiā captat. Non em̄ Monstro petimus histriones sed socii, quibus plus q̄ ludionibus iactanticulis debes, & a re ipsa, nō petimus inquit sed expetimus. Expetimus tñ ea quæ Expeto honesta sunt & plane bona. Vnde de rebus experēdis a philosophis scri. At p̄tum est, quæ scilicet peti debent. At, incep̄tua particula apud uete. Ecce res. Dona in adel. Non nunq̄ etiam perturbationi congruit, Ecce. ad uerbium hoc non ponitur nisi rei horrendæ & repentinæ significandæ gratia. M. Ciceroni & poetae Virgilio familiariter usurparū. Vir. Ecce aut̄ gemini a Tenedo tranquilla per alta. Inopinatū pronūciat malum & graue satis ac uehemens, & rem semper improvisam neq; ante anim aduersam. Vir. li. xi. Ecce super m̄cesti magna Diomedis ab urbe, Item lib. vii. Ecce aut̄ inachiis se se referebat ab argis, Vis dicere. h. l. Dii te laruent, certitum faciant, lymphati & insanum furore percellant. Plautus Certe laruatus es aut cerritus. Cuius nominis primam nuper german⁹ poeta corripuit, dicente Horatio. Cerritus fuit aut cōmotæ criminē mētis. Laruator terribilior. Manendeis. diis manibus, laruis terricula Laratus neis, rustici ozellos, græci phantasmata uocant, ut est apud Plinium iu. Cerritus niorem in epi. Plutarchū. Festum. Marcellū. Apuleium de deo Socratis Manendeis Mutito heus. Mutire ueteres pro loqui usurparunt, Ennius, Palā mu tire plebeio piaculum est. Persius, Saty. i. men mutire nefas.

HE. Papæ, cadauer tanti hoc est testaceum

Lutolum & argillosum & horridulum caput

Formido formam, & ossa mortui horreo.

BVT. quam delicatus hic formosulus puer

Num tu os times apelle seu demortuum?

Os extimescas si sapis trilinguidum

Et uiuidum & pilax. **LIX.** homo hic ex stercore

Vbi uiolet facit aurum, habenda est gratia

Bene statur, præstygio hoc salui erimus.

Papæ, admiratio surgit Heluoni q̄ tanti caluariā facit Buttubatta. Papæ

- Cadauer** Ea em̄ interiectione utimur quoties mira subito accipimus, Terē. in Eu.
Cadauer testaceum. Cadaueris uoce Seruū appellat funus, graci
pēkōy. Inde famigerata illa magie species necromantia sive necyoman
tia ἔτος τῷ πέκυος a mortuo, & necromantie, quorū incantamētis mor
tui resuscitari, diuinare, & ad interrogata respondere uidentur, Qualia
cernere licet apud Homerū de Vlyssē, factaq; euocatio apud Siliū a Sci
pione, Apud Valerium Flaccum ab Elsone, Apud Papiniū a Tireſia,
Testaceus Apud Horarū a foemīnis ueneficis. Testaceum ex testa, Lutofum:
olidum, ex luto obsoletū cōenosum. Et argillolum, Cretolum & pin
gui cēno lutatū, horridulum, tērum & euitabile. Formido formam:
Horreo & terror aspectu ipso. Et ossa mortui horreo, deuito, defugio
declino, Quam delicatus, uerba retundit Helionis Buttubatta id est
princeps stolidus, qui quoties ab aulico uano nullaq; sapientia p̄dito
possidetur, delicatum & formosulū quem habet ipse, ceteri formidant.
Nunc tempus auspicandae moralitatis ex hypothesi, scite pensando q̄
sequuntur. Os times apelle. Faciem sine pelle, sine corio, sine cute, re
cutitum. Si sapis trilinguidum, uafrum, malignū, uafricis uerispelle
& fallax, ad animum refertur. Os em̄ nullum est qd̄ tribus linguis abun
det. Sententia igitur est, In bonam quoq; partem accipit trilinguis. Apu
leius xi. metamor Siculos trilingues appellat, hoc est tribus linguis lo
quentes. Diuus Hieronymus uocat hominē pentaglottam i., quinq; lin
guem, qui omnibus quinq; græcorum linguis loquatur, Et Q. Curtius
de branchidis li. vi. Sed iam bilingues erant, paulatim a domesticō ex
terno sermone degeneres, Et pilax, pilosum, pilis obsitum, horrendum,
crinīsum et comatum. Homo hic ex stercore, Sic Marcus Cice. in orōne
pro Plancō, qd̄ dixistidum Planci in me uerbis meritum extollerem,
me arcem facere ex cloaca lapidemq; ex sepulchro uenerari pro deo.
Allegoria decentissima hic sit, si ad hypothesim cōferas. Ex hominibus
enim eiusmodi principes aurum faciunt & deos populares. Cetera tute
supputabis. Præstigio hoc salutē erimus, commercabimur, corrade
mus, quod ad esstandum sit & ad saturandam parasiticam conducat in
gluuiem. Præstigio. Vaframento ad ludendos homines. Præstigio
rum inuentorem Mercurium sūisse scribit beatus Augustinus, & repe
titur in decretis canoniciis xvii. q.v. de uoluptate, ab eo q; mentis oculos
præstringant diēta.
- Os apelle**
- Trilinguis**
- Pilax**
- Præstigii**
- Nam Buttubatta dum famelica est lues
Hoc arido osse præstito mendiciter
Laboriosos agricolas commoueris
Ut quisq; ductus religione obolum offerat
Quæcunq; anus, quicunq; sunt silicernū

Vetuli, ueternoſi, cibarium dabunt
 Exosculabuntur ſacrum (ut tu fers) os hoc
 Finges quoq; & diuinitatem aliquantulam
 Peccata contemplatione pia culi
 Remittere, indulgere ita reatibus
 Defendere a plutonio illos tartaro
 O mentis humanæ furem. BVT. quid clamitas?
 Ecquid latras? aut quid rabis? rauce rabula
 An non mihi recte licet quod eſt frequens
 Triuiale tritum & uſucaptum ædilibus.

Dum famelica eſt lues. Esurialibus feriis ingruentibus, fames eſt que
 maleſuada epitheto latinissime patēt a Virgilio significat. Miserrima
 ſiquidē famis eſt lues, græcis clamitantibus Λιμός οὐκτονέαν fame
 miserrimū eſt mort. Hoc arido osse, ſicca & leui caluaria. Mēdiciter
 erogāter per mēdicationes & mēdicimonia, Laboriosos agricolas, ſim
 plices & agrestes, quos noua permouet ſuperſtitio. Vir.li.viii. Iam cum
 relligio pauidos terrebat agrestes. Tria hominū genera enumerat ſup-
 ſitionib; obnoxia. Caluaria ſi qua apud principē eſt, hos terret, hos ue-
 xat, Hora. Quicqd delirat reges plectunt achiui, Ductus relligione, me-
 tu, ſuperſtitio. Scati. Primus in orbe deos fecit timor, Offerat obolum
 nummū minutū, Inde diabolare ſcortum, qd duobus obolis conduci
 tur apud Plautū. Anus, uetula mulier, cadauerosa atq; annis obsita. Qz
 anus peculiariter delirent uocabulidoceſ etymon, ab a particula priua-
 tiua. C vōz, q ſint ſine mēte & ſenſu. Prouerbiū eſt apud gr̄eos de his
 qui delirat & nugant γράπανος θλασ uetularū nugae. Apud Virgil.i.vii.
 ænei. festiuiter irridetur anus a Turno, Silicernii, ſenio incurui. Silicer-
 nios hos dicimus ſenes qui longa etate incurui ſunt, ſilices ex inflexione
 cernentes, aut eū iamia silentibus umbrisq; cernendi ſunt. Hoc Donati
 priuetymon Placiades probat, Seruſus quoq; Silicernii in alio significa-
 tu meminit li.v.ænei. Vетernoſi, languidi, morbi, ueterno laborantes
 graui ſomno preſſati. Vетernū ut inquit Prob^o medici λθαργον lethar
 gum uocant, phrenetico morbo contrariū, in quo marcoſ ſit, & inexpu-
 gnabilis pene dormiendi neceſſitas, cui niſi ſuſcurratur celeriter fugula-
 re, Plini.uolumine undeuigelimo precipit ueternoſis raphanum quam
 acerriūm eſt, ad ſuſcurrentum medendumq; morbo ueterno.

Cibarium. ſordidum comedonibus uictum, cibatu, ſubſtatue acce-
 ptu hoc nomē cibū eiusmodi ſigni. malignū. Sex. Julius Frōtinus li. iiiii, Cibarium

Fames

Agricolæ

Diabolare

ſcortum

Anus

Silicernii

Veternū

Lethargus

E ii

ACTVS PRIMVS XLIII

Vlpianus li. xxxiii. digestorū, Plinius li. xi. Hora. li. ii. odarū, cibaria example. Sed Porphirio legit Ciboria. Colu. li. ix. Quaterni cyathi diurna inquit cibaria sunt, quæ numero multititudinis pronunciari debere scribit Diomedes, Marcellus ἐπίκος i., singulariter protulit, sed fere semp apud latiniiores scriptores adiective cōperies Vñ cibarius panis apud Corne. Celfum, apud Apuleium, & M. Ciceronē in v. Tuſcula. Cibaria lex, uilitas cibaria, uua cibaria, uinum cibarium Marc⁹ Varro dixit, Idē frater cibarius fuit Aristoxenus, ubi cibarius hō- improprie quidem, sed scite accipitur pro fōrdido & plebeio ac proletario, Exosculabuntur. (ut tu fers) q.d. nō omnī opīnione sacrū sed ut tu fers

Piaculum Contem. piaculi ut q̄ contēmplentur hoc piaculum, piaculi digniss expiatione quā ueneratiōe uult dicere, crētē piare est expiare, huīs contrarium impiare, a piando piaculum commissū propter qd expia-
tio adhibetur, Ser. li. vi. æne. A plutonio tartaro. Infernarum pena

Tartarus rum carcere, Plato Tartarū esse putat receptaculū in quod omnia ca-
dant flumina, rursusq; inde effluant. Inde tartarinus, sicut poeta, Corpore

Indulgeo tartarino prognata palude uirago. Indulgere ita reatibus. Usus iste inueterauit & obtinuit falsa consuetudo ea tenus, uti indulgere pro re-
mittere accipiamus, usus inquam auctoritatē & regulam rationēq; su-
perans. Vnde merito cōsue tūdinē dominam rerum maximeq; uerbo
rum Gellius uocauit. Terētē proprie uerbo indulgere uitur in tercia
comœdia, ubi ad Menedemū Chremes ait, egrē nimis illi Menedemē
indulges. Vbi Calphurnius, nullum magis proprium uerbum inueni
re potuisset de patre qui omnia filio permittit. Et in Eunu. Euicunda hēc
est mollicies animi, hercle nimis me indulgeo, & alibi, te indulgebant,
sic ueteres, qd nos mihi dicimus, Vale. Max. caput habet de indulgen-
tia, ubi documentis plusquā aliqua parerga idest digressione interno
scis. Poera noster usus est uerbo indulgere more populariū. Rearibus
culpis criminibusq; Messala primus auctore Quinti. reatū dixit. Reus
autē (unde reatus nomen ductū est) is dicitur, qui causam dicit, qui ar-
guitur, & item qui quid promisit spōnditue ac debet, Elius Gallus
est auctor li. ii. de uerborū significationib⁹, & M. Tulli. de oratore li. ii.
O mētis h.f. seductorē, a furuo dici surem auctoritas ueterum romano-
rum consentit, id est ab atro, q̄ per obscuras artq; atras noctes oppor-
tuna sit eis malit effectio, furtis praeest Διάκλωρ, i. mercuri⁹ sic dicitus grē-
ce, q̄ internūciū se gerat. A Fulgētio furatrin⁹. Quid rabis latras
cum rabie blateras. Varro quid est, quid laceras, quid rabis. Inde rabu-
lae litigiosi, & aduocatus hoc noīe dicitur, uel patronus de foro, Cicero
in oratore, Salu. Canina facundia exercebatur. Frequē triuiale, uul-
garium & passim in triuīis usurpatū, a triuio triuialis, & magistri triuī-
ales a Quintiliano dicunt̄ qui in triuīis docent, Calphur. in buco. Non
hoc triuiali more uiator. Sed deus ip̄e canit. Carmen q̄q; triuiale, inue-

Reus
Reatus

Fur

Triuialis

Triuiale

Triuialis

Communi feriat carmen triuiale thoneta. Trahitur & ab eo aduerbiū triuialiter, qđ significat uulgo passim, ubiq;. Usucptum ædilibus. ple
beis magistratibus & des sacras & priuatas curātibus, Ediles ex plebe cō
stituti sunt. Dionysius est auctor, & M. Cicero in vii. uerrinarū. Pompo
nius iurifcon. Plutarchus in cēsare, & Fenestella. Usucptum, per usum
uendicatū, de qua uoce in cōmentariis topicorū Ciceronis & apud Mo
destinū iurifcon. Extat etiam titulus in legib⁹ de usucaptionib⁹.

S A. quicquid hoc ais, os impudicatum geris

Et feculentum & obsitum musco & luto

A R I. papæ quid est: HE. testus ubi lumbricos coquas
Seu humana testa uermibus gurgustium.

L IX. testudo nampe & bustuarium est caput

H E. fetet graue. **S A.** male putet ac foedius olet

A R I. lauato saltem & pone subter imbricem

Cauum hunc ubi pluit, aut ahenum tollito

Aquaæ calentis plenum, eo pollincias

Pollinctor ut solet cadauera munditer.

Quicquid hoc ais. Oratione quacunq; atq; exclamatiōne utaris, or
nes insuper verbis quibusuis, quantumuis. Ostn̄ geris impudicatum,
impurum, spurcatū, lutatum, foedum, obscenū, contaminatum & sor
didum, feculentum, oblitum & uelut sece turpatū. Obsitum, inuolu
rum cēno, sordibus et immūdicie, Dicimus etiam obsitos quo & annis
Virgilib⁹ rex obsitus æuo. Metaphoram esse genus eiusmodi orōnis
dicit Donatus ab agris sumptam. Musco. Ianugine, situ, squalore, a q; Muscosus
fit muscosus. Virgi muscosi fontes, Luto, cœno argilloso. Papæ quid
est. huic quocq; caluaria uide, quam Burtubatta orōne longissima ho
nestauit, aurum & reliquias sacras faciēs. Testus, uasculum ad coquen
dum quarti ordinis, Inde testuaciū qđ in testu calido coctum est, ut etiā
nunc matralibus inquit Varro matronę faciunt. Lumbricos, uermes.
Lumbricorū Columella meminit uolumine vii. ad exterminandos eos
remedia scribens. Verum emuero proprie lumbricos dicimus teretes
latoscq; non nunquermes aluū occupātes, qui modo ex inferioribus par
tibus, modo foedius ore redduntur. Cornelius Cellus in ægrotantibus
bonum esse signum docet, si aliqui lumbrici sub fine morbi descendant.
Macer de bibito absinthio. Hocq; modo pellit lumbricos mollit et aluū
Profertur itaq; syllaba interanea siue medioxima extensa, Plinius li. xi.
Piscem esse scribit nomine lumbricū. Vermibus gurgustium, domun
cula, uiuariū, habitaculū. Nampe. Ἀρχαὶ σμὸς. i. antiquitas pro nempe.

E iii

ACTVS PRIMVS

XLVI

- Bustuarium Et bustuarium busto exemptum, in busto repertum. Fœtus et graue, oolidum molestumque est nidore, Lauato saltem, si adorari uis immundam restam,
- Saltē Saltē a captiuis nata uox, qui nihil aliud p̄ter salutem experunt, despe-
- Subter ratis ita rebus, solam petentes salutem hac utuntur. Sic Teren. in an. Sal-
- tem accurate, ut metui uidear. Subter imbricē. regulæ & stillicidio sub-
- Stiria iiice, laua, elue, ne teneri religione sordium videamur, Subter præpositio
- Casico contrariā habet significantiā ad super. Cæterum utraq; tam aīō q̄ab latiū iungitur, Priscia. li. xiiii. Per imbricem significare uult subiiciendā testam impluuiō & cōpluuiō, ubi largius sit stillicidiū, quod & stiricidiū
- uereres dixere, a principali stiria, Vir. iii. geor. Stiriacq; impexis indu-
- it horrida barbis. Cuius diminutiū est stilla, que cum frequēter cadat,
- casitare dicitur, Paulus iuriscon. ff. de serui. urba. prediorum hoc uerbo
- frequentatiō est usus, cum ait, Si seruitus stillicidiū imposta sit, nō licet
- dñō seruitis areḡ ibi cōdiscare ubi cōp̄isset casitare stillicidiū, si ante ex
- regula casitare querit stillicidiū. Sed subter imbricem dixit, i. canalem supi-
- nam, unde solutione defluit aqua, Cauum igitur poeta dixit. Et iuriscon.
- fistulam appellat li. ff. viii. Imbrices q̄ imbrē capiant utroq; genere di-
- cuntur, Seruitus grāmaticus melius putat hanc imbricē dici, Plauto scri-
- bente fregisti imbrices meas, dum te dignam se faris simia, Vir. de capi-
- endo loco ad creandas apes li. iii. geor. Imbricis mentionē facit, Imber
- aīt cœlestiū aquarum & pluuiarū agmen significat, licer auctoritas ho-
- die uariet, Inde tempestas imbrica & signum imbricū, qualem dicimus
- aquariū, quem græci θύρας vocant, & cœlum imbridum Palladius
- dixit. Et deus imbricitor Apollo nominatur a Macrobius li. i. satur. grā-
- ce οὐρανοῖς, Et imbricata cementa a Vitrinio lib. ii. Cæterū a Pliniō
- imbricata lingue asperitas in fēlibus, Itē li. xi. Vngues esse dicit aīkib̄
- oībus quib; & digiti, sed simiē imbricatos, hoībus latos &c. Itē infecta
- quēdā imbricatis flexiliū uertebris. Significantissime uero polihistor idē
- Plini. li. xx, qđ p̄ imbricati intelligi uoluit ostendit. Nā scribit Conizē
- duo ḡna, mare & foeminā differre folio, & subdit. Tenuius fermina &
- cōstrictius angustiusq; imbricatum maris & ramulos. Romolas itaq; cō-
- tortasq; ad capiendo imbrices fistulas imbrices dicemus, q̄rum me minit
- idē auctor li. viii. ca. vi. in fine. Vbi pluit, uerbū pluīt ex his est que ad
- hoīem non pertinent, qđ ad tertīā personā dūtaxat dicit. Potest enī & in
- prima inueniri persona & secunda, per πρόσωπον τοια. i. cōformationē
- poet⁹ cuiusdā uel responsū dei, aut per apostrophā quasi ad ipsū Iouē
- presentē, Prisci exceptiō uocat actionis li. i. de cōstructione. A herū tollito
- uame uas teneū in cōlaues, ab ære, unde fit æreus & cneus & substantiū
- per diphthoḡid dissolutionē, & p̄ aspirationis interpositionē, qđ uasi ca-
- paciū fuerit, q̄ infectores uruī cortina dicit, fit itē ab aheno ahenuī
- hypocoristicos. Pollincias. em̄fides & laues curesc̄t quēadmodū solēt
- Pollincere funerarii, hoc est funerū curatores, & pollutorū unctores. i. cadauerum
- Funerarii Vnde pollinētū funus dicit a pollincitoribus unctū, Nā pollincere est cu-

rare ungereq; cadauera. Plau. sicut pollinxor dixi qui eum pollinxerat.
 Baiuli uero portatoresq; funerū uespas & uespiliones a uespino tpe dicimus, q; cadauera efferebāt. Et sandapilarū portatores sandapilarū, qui & bustuarī & libitinarii. Sandapila aut Fulgētio auctore feretrū est & mortuorū loculus q; nō corpora nobiliū, sed plebeiorū atq; damnatorū portabant. Quod & capulū nuncupat. Inde Capularis est senis nomen apud Plautū. Et capulares rei, & capulare cadauer a Lucilio positum.

Vespae

Vespili-

ones

Sandapila

Bustuarī

Capulum

BVT. quid si lauabo & largiter pollinxero

Num uultis ungento ut perungam exotico

Ut cinnami atq; opobalsami unguine fumiget

Immo quidem mauelim ut oletum naribus

Crispantibus uestris oblatum oleat prius.

Vos rusticis parentibus natifures.

Num uultis^a q.d. & aliud forsitan oneris mihi imponetis si pollinxero,
 q;n uobis hodie satissimer neg, pro religione uasculi ad uenerandū geni-
 culandumq; huic sacro iocali, uengento exotico, peregrino, aduenticio, Exoticum
 et externo, Plautus, non possunt oēs olere uengento exotico. Vnguentū
 scribit Pōponius iuriscon. uoluptatis & ualitudinis causa cōparari. Reli Vnguentū
 qua classicorū scriptorū turba ad elegantia uoluptatē q;tm confici arbi-
 tratur, græce μυρο, unde myropola uengentarius, & μυρδπόλιοι ungen-
 taria taberna. Vnguine cinnami, uengento, odore cinnamino redolē
 te quod cinnaminum dici. Idem quoq; cinnamomum. Persius. Seu sp. Cinnamo-
 rent-cinnama surdū, Nascit in æthiopia cinnamū frutex odoratissima mum
 summa cortici gratia. Lignum qd græce xilocinnamum dici fastidio
 est, Opobalsami, succo balsami, nam ὄπος succum significat, Balsamū Balsamū
 uero omnibus præfertur odoribus, officinæ & ipsum lignū supposuere
 Summū balsami specimen est ut lac coagulet, & in ueste maculas nō fa-
 ciat, Cetera apud Pliniū comperies. Illud admiratione dignū, q; in iudea
 tēn balsamū nascitur, Immo quidem. Propterea & amplius. Vt ole Oletum
 tum oleat, sterlus humanū. Proprie uero locum significat in quo exer-
 nimus egerimusq;. Tacitus id probat in Nerone. Cato pro loco sumit
 olea coniito, ca.i.de agricolatione & ca.vi. Crispantibus. aduncis &
 rugatis vibratis & incurvis intortisq;, Serui. in xii. cōuentario. Capillos
 scribit crispari calamistro. Persius. Ingeminat tremulos naso crispante
 cachinos, Nares dicit a naritate q; nos docēt odorare p̄sto esse et ppe
 qd adhuc oculi nō uidēt. Et est pticula nasi inferior, ubi respirādi forami-
 na uisunt, Pli. plura li. xi. de narib^b, Vos rusticis paren.n. Imputat eis
 uasculi mundicie, uelut diceret, uos quidem digniores estis olere sterlus
 q; hoc sacrū. Rusticis parentibus natī, conuiciū est in ignobiles, sed ab
 ignobilibus sibi solet, qui natales & stemmata celebrant, non uirtutem

Nam quis animalia muta generosa putet nisi fortia? Et quis gemmas celebraret, nisi essent aliqua uirtute peditae? Sic hoīm est ratio habenda Sola em̄ nobilitas est atq; unica uirtus. Ceterum parens idem est oībus mortalibus. Marium ego apud Salustium commendo, qui obscurum genus suum & ignobile non dissimulat, sed non posse se fidei causa im-
gines, triumphos, aut consulatus maiorum suorum ostentare.

LIX. Etiam est opus lusorium unda si laues

Nam tum quid est? BV. uolo ergo pelluere in labro

Vt faciam & istis cruciferis hodie satis

Ehodum quis it mecum ministerio comes?

SA. at quem iubes? BV. uenite Aristophore & Salax

Nam cæteri opperiantur hic nos affore

Breui & cito. LIX. nos philosophabimur inter haec

BVT. fiat sed heus cauete dum, ne quid nimis.

Etiam est opus luso. quo ludamus non cui literus. Volo.e.p. pro perluere. Nam ex cognitione literarum transfer in l. In labro, uase, La- brum uas est capacius, auctore Cicerone in epistolis, ait em̄ labrū in bal neo si non est hic, fac ut sit, Vir. Labra per autumnum musto spumanria feruent. Cruciferis, Dignis in cruce uti agant. Ehodum.q.i.m.m.f.a/ mulationi, Vir. Triste ministerium, Ministeria nonnunq; pro ministris ipsis ponuntur, sicut ministerium pro ministratore apud Plinium.

Cæteri opperiantur. maneant expectent. Philolophabimur, iocus decens de ludionibus philosophaturis. Sed longe pulchrior responsio al terius. Ne quid nimis. quæ seria est sapientum sententia si pensiterit.

Tu quam diu philosophandum sit apud Aulum Gellium requiras uo lumine quinto capite xv. & xvi, ait enim Neoptolemus Ennianus De gustandum ex philosophia, non in eam ingurgitandum. De Nerone legimus, q; eum mater a philosophia auerterit, monens imperaturo contraria. Et in opinione positum est hoc probable eos qui philosophie dant operā non arbitrari deos esse. Ait Apuleius obiectari philosophis q; irreligiosi putentur, & q; deos abnuant. Sed contra M. Tullius philo sophiam dixit esse uitę ducem, uirtutum indagaticem, uictiorum expul-

Ne quid ni tricem &c. Ne quid nimis, Diximus supra uilioribus personis dari sententias illustres in comedie seruis prelertim, quæ res iocū risumq; mo uet affabiliter. Vnde Butuhatta hic ne quid nimis ait, quam sententia sic grecienunciant μηδε γαγη, Vulgaria est assertio Pittaci fusile, aliis Chilonis, nonnulli Solonis censem. Quam rem Laertius inquirit vo lumine primo. Donatus aliquid scribit deesse huic orationi cum dicitur, ne quid nimis scilicet agas, quod supplendum est.

Philoso
phādū pau
cis

mis